



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

LXXV. Markgraf Ludwig der Römer verleiht dem Lentekin Kieseling für  
erlittene Schäden jährlich zwei Tonnen Heringe im Zolle zu Frankfurt, am  
15. Februar 1352.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

liberos presentibus dicimus et solutos. Sed si quod Deus avertat, dicti fratres nostri carnis debitum perfoluerint, heredibus non relictis, extunc non obstante renunciacione predicta, nobis perinde omnia iura, obediencias, subieccioncs et iuramenta priora et priores, quibus nobis prius africti et obligati fuistis, libere referuamus, ac si ipsa renunciacio nunquam concepta uel facta fuisset, nihil omnino iuris nobis aut nostris heredibus, quam ut in proxima clausula premititur, referuantes, Presentium testimonio literarum. Presentibus nobilibus uiris Gunthero, Comite Juniore de Swartzburg, Johanne de Buch, Domino in Garfedow, Johanne, Domino in Kothebus, Richardo, Domino in Damys, strenuisque uiris Friderico de Lochen, Buffone de Aluensleue, Fritzone de Wederden, Petro de Breydow, Johanne de Rochow, Betkino de Oest, Hermannno de Wulekow et Thiderico de Cykow, militibus, Wernhero de Schulenburg, Buffone de Rhedern, Henningo de Blanckenberg, Ottone Morner et Alhardo Rohr cum multis fidedignis. Datum Luckow, Anno Domini Millesimo Tricentesimo quinquagesimo primo, in uigilia Natiuitatis Domini nostri Jesu Christi.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives.

LXXV. Markgraf Ludwig der Römer verleiht dem Lentekin Kieseling für erlittene Schäden jährlich zwei Tonnen Heringe im Zolle zu Frankfurt, am 15. Februar 1352.

Nouerint etc. Quod nos Ludouicus romanus etc., meritorum fidelium per Strenuum uirum Lentekinum, dictum kyfeling, fidelem nostrum dilectum, Illustri fratri nostro Ludouico seniori, marchioni Brandenburg, et nobis fideliter exhibitorum et adhuc fidelius exhibendorum consideracione, pro omnibus dampnis et expensis in seruicio fratris nostri predicti et nostro usque in hodiernum diem habitis et perceptis, eidem suisque ueris et legitimis heredibus Contulimus et presentibus conferimus duas tunnas allecium reddituum annuorum in theloneo ciuitatis nostre vrankenford sitorum, prout ipas hactenus possedimus in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendas. In cuius etc. Datum Berlin, anno LII<sup>o</sup>, feria IIII ante esto michi.

Nach dem Copialbuche des Markgrafen Ludwig des Römers über die Vogteien Frankfurt, Münscheberg, Fürstentwalde und Beeskow No. 2.